



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

II. Bischof Conrad von Camin überweist dem, in dem Wendisch Barzsdin  
genannten Orte, errichteten Kloster Gottesstadt hundert Hufen Landes im  
Lande Liepe, im Jahre 1233.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

berghe, et ego Gontrammus, Notarius. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 291.

II. Bischof Conrad von Camin überweist dem, in dem Wendisch Barzsdin genannten Orte, errichteten Kloster Gottesstadt hundert Hufen Landes im Lande Liepe, im Jahre 1233.

Conradus, dei gratia Caminenfis ecclesie Episcopus, uniuersis cristi fidelibus prefens scriptum inspicientibus salutem in eo, qui est salus omnium. Omnia facta mortalium temporalem motum secuntur et pereuntibus hominibus eorum facta intereunt. Ideo necesse est, ut vitis, que in ecclesia Dei plantatur, ne in labruscam, que inutilis est, transeat, sollicito et discrete circumfodiatur. Nos igitur cum Abraham in ur Chaldeorum, qui locus miserie dicitur, et Jehennam inextinguibilem, que fautores suos poculo mortifero inebriat, in miseria nostre conditionis considerantes, instinctu sancti Spiritus, in remissionem omnium peccatorum nostrorum, ad laudem domini nostri Ihesu cristi et beati Marie Virginis claustrum nouo, quod Civitas Dei dicitur, quod quondam Slauice Barzsdin dicebatur, centum mansos cum omni iure in uno sulco in pascuis, in graminibus, in siluis, in piscationibus, in venationibus et quicquid utilitatis in posterum emergi potest claustrum supradicto cum omni deuotione assignauimus, Thioderico primo preposito cum fratribus suis in regulari disciplina militantibus ibidem constituto et canonizato, ut per claustrum adeo prenotatum termini nostre terre et dyocesis nostri Episcopatus illesi declarentur. Vt ergo facta nostra rata et inconuulsa permaneant et ne per curricula annorum dente serpentino virus ab emulis toxicatum superfundatur, prefens scriptum prefatis fratribus in testimonium sigillo nostre autoritatis fecimus muniri, et districte precepimus conseruari. Hujus rei testes sunt viri religiosi in ordine clericorum et in conuersatione laicorum. Mansos vero quos donauimus in terra jacent, que Slauice Lipaña nuncupatur. Et hic testimonium inchoatur: Abbas Otto de Belbuch, Henricus, Hugo, Canonici Caminenfes, Kanutus frater in Colbaz, Gwillelmus Notarius, Bertrammus Capellanus, Waltherus, Hermannus, milites in Oderberch et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>. anno nostri pontificatus XV<sup>mo</sup>.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 293.

III. Pabst Gregor IX. nimmt das Prämonstratenser-Kloster Gottesstadt in seinen Schutz und bestätigt ihm namentlich das Dorf Bardin, die Ziegeninsel und die Schenkung seines Diöcesanes, des Bischofes von Camin, am 11. October 1233.

Gregorius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Preposito et fratribus monasterii sancte Marie, que dicitur Civitas Dei, Premonstratensis ordinis, Caminenfis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum tam vigor equi-